

Studentes ejusdem Classis, deinde replicare poterunt Studentes superioris classis. Quod si qui ultra triennium manserint in studiis inutiliter, & sine aliquo profectu, ordinamus, quod revocentur a studio, & remittantur ad alios Conventus, ne frustra ulterius locum occupent aliorum.

Ad literas humaniores addiscendas Fratres nostri numquam mittantur extra Conventum, sed singulis annis nominentur, qui juniores eruditionem doceant. Item scholæ nostræ nullis pateant Sæcularibus ad lectiones excipiendas, vel audiendas sub pœna gravi, si tamen id necessarium videbitur in aliqua Provincia, dispensabit Reverendissimus, consentiente Capitulo Provinciali.

Ad Conventus studiorum tot assignabuntur Laici, ut ad officia communia sufficiant, quibus proinde Studentes ordinariæ non applicabuntur. Item in illis Confessarii, & Concionatores esse debent ordinarii. Nolumus enim actum Studentes operibus ejusdem vacare, nisi pro rara, & urgente necessitate, vel pro brevi exercitatione, quæ studia non impediatur.

Omnes tamen, & singuli Studentes tam ad publicas, quam ad privatas Processiones ire teneantur sub pœna gravi.

Item omnes non Sacerdotes semel in hebdomada sacram Eucharistiam sumere teneantur, singulis quoque annis petant, & illis concedatur per aliquot dies in cellulis suis solitudini, silentio, & pietati vacare ferventius.

Nullus in posterum insinuetur Magister, Presentatus, Baccalaureus, vel Lector, qui dicatur de gratia graduatus, neque ex saltu, etiam si per aliquot annos in studiis se exercuerit, super quo nec poterit dispensare Reverendissimus.

Item ordinamus, quod Magistri in Theologia, ultra Regentias, Lecturas, Prædicationes, Prioratus tam Locales, quam Provinciales, & generales, seu Provincialium Visitatores, & Procuracionem Ordinis, aut Societates Reverendissimi Patris Generalis, seu Provincialis, non possint habere alia officia in Ordine; Neque audeant sub pœna privationis dignitatis, & gradus ipso facto suscipere Procuratorias, Sacrificas, vel hujusmodi officia ad simplices Fratres attinentes immediate, nisi fortasse in aliquo Conventu ex dispensatione solius Reverendissimi P. Generalis expediret ex Magistris aliquem pro Conventus beneficio de prædictis aliquid exercere, quod non fiat, nisi in casu rarissimo.

Nullus libros imprimere præsumat, nisi ad hoc licentiam, & approbationem obtineat per Priorem Generalem, aut per Capitulum Generale sub pœna privationis gradus, vocis, & loci: Volumus autem, ut talis approbatio a Reverendissimo Patre Ordinis non detur, nisi prius liber ille imprimendus a duobus Magistris in Theologia, vel Theologiam auctualiter docentibus, aut qui illum per aliquot annos docuerint, ad id specialiter deputandis, revivus, & approbatus fuerit.

In omnibus Conventibus incumbet præcipue Superiori obligatio curandi, ut bis in hebdomada fiat lectio casuum conscientiæ, non tamen scripta dictando, seu Auctorem selectum prælegendo, & explicando, dubia proponendo,

& dissolvendo, huicque lectioni teneantur interesse omnes Sacerdotes, etiam graduati legitime non impediti, nisi a Provinciali dispensationem obtinuerint.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, tollendis multiplicibus confussionibus hætenus inventis, stabilienæque ejusdem Ordinis, ejusque studiorum, & graduum salubri directioni maxime expediat, ut præsertim decreta, abrogatis aliis per memoratum Joannem Priorem Generalem, sicut præmittitur, editis, Apostolica confirmationis nostræ præsidio muniantur; Nobis propterea prædictus Petrus Thomas Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur ipsum Petrum Thomam Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio studia, & gradus dicti Ordinis ad formam Decretorum Capituli Generalis ejusdem Ordinis anno MDCCIV. celebrati auctoritate Apostolica tenore presentium reducimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus prædictis Innocen. XII. Prædecessoris nostri literis, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Provincialium, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, & Indultis.

§.5. Quibus omnibus, & singulis, illorum, tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam

De literis humanioribus, & admissione scholarium.

De Laicis, Cōfessariis, & Concionatoribus.

De Processionibus.

De pietatis operibus.

Nemo insinuetur in Gradibus ex gratia, vel saltu.

Exprimuntur officia, quæ Magistri in Theologia cōsequi possunt.

Prohibitio typis edendi librorum, nisi prævia licentia.

Lectio casuum conscientiæ bis hebdomada.

Preces Petri in Gen.

Reductio Studiorum, & graduum ad formam relationum Decretorum.

Clausula cū derogatione Brevis Innoc. XII.

impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die X. Novemb. MDCCXI. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CLXI.

Declaratur, actibus, & functionibus a S. Sede peragi solitis post electionem Regis Romanorum in futurum Imperatorem eam non approbari, antequam ab ipso electo confirmatio petatur, & impetretur.

Constit. ed. 1711, Oct. 3, P. 11 nulla declarata fuere Preces Primariæ a Vicariis Imperialibus expeditæ. Constit. ed. 1713, Mar. 10, P. 14 extant Preces Primariæ pro Rege Romanorum in futurum Imperatorem. Et Constit. ed. 1713, Mar. 29, P. 14.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Acceptis nuperime a Charissimo in Christo filio nostro Carolo Hispaniarum Catholico, nec non Hungariæ, & Bohemiæ Regi Illustri literis, quibus Nobis significat se in conventu Electorali Francofarti ad Manum habito in Regem Romanorum futurum Imperatorem, die 12. Octobris proxime præteriti electum fuisse, quemadmodum illico diem crastinum indiximus, qua in Pontificia nostra Capella, benedicente Domino Sacrosanctum Missæ Sacrificium in nostra, & Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium præsentia pro gratiis omnipotentis Deo de ejusdem electione agendis, de more celebrandum erit, ita alie, etiam functiones præmissorum occasione per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, seu eorum jussu, vel alias quovis modo peragi consuevit, similiter a Nobis, seu jussu nostro, vel alias quovis modo peragendæ erunt, seu forsitan etiam aliquæ jam peractæ fuerunt. Præterea suprascriptis, & aliis ejusdem Caroli electi literis ad nos datis, ac in posterum dandis respondere intendimus, etiam illum Regem Romanorum in Imperatorem electum appellando. Verumtamen ne ex prædictis, & quibuscumque aliis actibus, & functionibus tam nostris, quam quorumcumque nostrorum, & Sedis Apostolicæ Officialium, ac Ministrorum, etiam specialis nota dignorum, etiam Nuncios Apostolicorum, ac quorumcumque S. R. E. Cardinalium, etiam de latere Legatorum tam publicis, quam privatis quomodocumque, ubicumque, & quomodocumque faciendis, seu forsitan, etiam factis, ac inde secutis, & secuturis quibuscumque possit unquam præterire nos electionem prædictam approbasse, & confirmasse, etiam si talis præteritio minime subsistat, cum Apostolica confirmatio hujusmodi, tam de jure, quam de more non nisi primo coram nobis exhibitis electionis, & aliorum ad id requisitorum Instrumentis, & prævia matura causæ cognitione in nostro Consistorio Secreto, & sub Bulla Consistoriali concedi, & expediti consueverit: nihilominus omnem in præmissis ambiendi ma-

Quibus tamē non approbatur eadem electio, quia requiritur cōfirmatio per Bullam Consistorialem.

Causa presentis declarationis.

teriam præcidere, mentemque, & intentionem nostram palam facere volentes, omniumque, & singulorum præmissorum, ac quorumcumque aliorum actuum, & functionum hætenus, & deinceps quomodocumque, ubicumque, quomodocumque a Nobis, vel aliis quibuscumque cujuscumque qualitatis, Dignitatis, etiam Ecclesiasticæ, status, gradus, & conditionis, etiam individua expressione dignæ extiterint, & pro tempore existant, etiam de mandato nostro, & alias quovis modo, tam cum eodem Carolo electo, quam cum ipsius Caroli electi Oratore, & Oratoribus, ac Ministris, etiam in Romana Curia factorum, & faciendorum, & inde sequutorum, & sequutorum, aliorumque hic forsitan exprimendorum, & inferendorum, etiam particulari mentione dignorum tenores, circumstantias, & quaslibet singularitates, etiam majores, & veriores presentibus pro plene expressis, & insertis habentes. Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione, nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, presentium ferie attestatur, declaramus, & decernimus nostræ mentis, intentionis, & voluntatis incommutabilis semper fuisse, & esse, ac deinceps fore per omnes, & singulos actus, functiones, receptiones, recognitiones, & tractatus quoscumque verbo, scriptis, etiam per literas Apostolicas sub Plumbo, ac in forma Brevis, sub Annulo Piscatoris, & millivas, ac factæ a Nobis, & respectu a dilecto filio nostro Fabricio tituli Sanctorum Joannis, & Pauli S. R. E. Presbytero Cardinali Paulutio nuncupato, Secretario nostro Status, nec non dilecto etiam filio nostro Josepho Renato S. Georgii in Veltro ejusdem S. R. E. Diacono Cardinali Imperiali itidem nuncupato ad prædictum Carolum electum nostrum, & dictæ Sedis de Latere Legato, & a quovis alio ipsius S. R. E. Cardinali, etiam de Latere pariter Legato, ac similiter a Nunciis Apostolicis, etiam apud eundem Carolum electum nunc, & pro tempore nomine nostro, & ejusdem Sedis residentibus, & a quibuscumque aliis nostris, & Sedis prædictæ Officialibus, & Ministris ubicumque residentibus etiam individua mentione dignis, etiam de mandato nostro quomodocumque, ubicumque, & quomodocumque factos, & factas, & pro tempore faciendos, & faciendas, ac inde secuta, & secutura quæcumque atque pluribus vicibus iteratos, & iterata ac effectum sortitos, sortitas, & sortita, quoscumque, & quacumque sint, & pro tempore fuerint, etiam cum Oratore, & Oratoribus nunc, & in perpetuum, etiam apud Nos, Sanctamque Sedem prædictam, nomine ejusdem Caroli, etiam uti Romanorum Imperatoris electi pro tempore residenti, & residentibus, ac cum quibuscumque aliis ipsius Caroli electi Officialibus, Ministris, Procuratoribus, & Plenipotentiaris quavis occasione, & causa, etiam ratione foederis universalis, ac defensionis, & propagationis Fidei Catholicæ, & quavis alia, etiam particulari expressione digna hætenus, & pro tempore facta, tractata, & gesta, faciendæ, tractandæ, & gerendæ, necnon per quacumque denominationes, inscriptiones, appellationes, nuncupationes, & narrativas in favorem prædicti Caroli in Regem Romanorum futurum Imperatorem electi per quoscumque, etiam nomine nostro, & Apostolicæ Sedis, ac etiam

Declaratio prædicti cum amplius formulis & cautelis adduntur.



etiam per Nos quomodolibet factas, & pro tempore faciendas, illum etiam Regem Romanorum in Imperatorem electum appellando: ac etiam per quamcumque Oratoris, & Oratorum, sive Ablegati, & Ablegatorum ad Nos, & Sedem Apostolicam ab eodem Carolo electo destinati, & destinatum, missique, & mittendorum receptionem, & admissionem ad audientiam nostram, & ad osculum pedum nostrorum cum quibuscumque apparatus, caeremoniis, circumstantiis, prerogativis, antelationibus, etiam publicis, etiam extraordinariis, & insolitis quomodolibet expresse, vel tacite haecenus concessis, & datis, concedendis, & in posterum dandis, etiam tanquam Oratori, & Oratoribus, sive Ablegato, & Ablegatis Romani Imperatoris electi, non intellexisse, nec voluisse, minusque in posterum intelligere, nec velle praedictam eius electionem approbare, nec confirmare: quinimo nostrae mentis, & voluntatis fuisse, & deinceps fore, ut iuxta consuetum confirmatio Apostolica huiusmodi per praedictum Carolum electum petatur, & per literas Apostolicas Conistoriales a Nobis, & S. R. E. Cardinalibus subscriptas expediri impetretur, & interim nedum omnem approbationem, & confirmationem, sed etiam cuiuscumque approbationis, & confirmationis expresse, & tacite concessionem, & quemcumque eius effectum suspendimus, suspendamque, & suspensum fuisse, & esse, ac deinceps fore declaramus, ac pro suspensis haberi volumus, & decernimus. Praesentemque literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse quomodolibet habentes, & habere praetendentes, cuiuscumque status, gradus, qualitatis, dignitatis, & conditionis existant, & extiterint, ad id vocati, citati, & auditi, non fuerint, notari, impugnari, infringi, seu redargui nullatenus posse, neque sub quibuscumque revocationibus, suspensionibus, moderationibus, derogationibus, & quibuscumque aliis contrariis dispositionibus generalibus, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam per Nos, & Romanos Pontifices Successores nostros faciendis comprehendendi: sicque, & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, quavis auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari similiter decernimus.

§.1. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus quibuscumque tam Apostolicis, quam Imperialibus, ac Cancellariae Apostolicae Regulis, etiam individuum derogationem requirentibus. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, inserta mentio habenda foret, tenores huiusmodi, etiam majores, & veriores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis,

Necessitas petendi, & impetrandi a Sede Electionis Confirmationem.

Clausula.

ac de verbo ad verbum insertis habentes ad effectum omnium, & singulorum praemissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatorum die XVIII. Decembris MDCCXI. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CLXII.

Confirmatur generale interdictum Dioecesi Lycienensi, eiusque observantia mandatur sub certis poenis.

Dat. 14. Dec. 1711. An. 12.

Const. ed. 1711, Mar. 15, P. 11 confirmata fuere eorum inflicta a Commissario Gen. in Sinis. Et Const. ed. 1714, Nov. 6, P. 14 confirmatur interdictum in Civitatibus Catonen., & Agrigentini.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM, sicut ad Apostolatus nostri notitiam pervenit, in Civitate, & Dioecesi Lycien. quas nuper Venerabilis Frater Fabritius Episcopus Lycien. non solum a sua Ecclesia Lycien. verum etiam a toto Regno Neapolis, per intolerabilem Laicalis potestatis abusum violenter ejectus, in actu ejusmodi suae ejectionis, iuxta Sacrorum Canonum praescriptum, Ecclesiastico Interdicto suppositus, nonnulla persona Ecclesiasticae Saeulares, & forsitan etiam Regulares reperiantur, quae temerario ausu, sive variis ab Ordinariorum auctoritate exemptionis, ac immediate huic S. Sedi subjectionis, necnon Apostolicorum eorum Ordinibus, vel Institutis concessorum privilegiorum praetextibus, sive etiam ea ratione, quod earum Ecclesiae, Conventus, & Monasteria sub praetensa protectione Regia, aut de praetensa Regio Jurisdictione esse dignoscantur, se ad dicti generalis Interdicti observantiam minime teneri, ac Missas, & alia Divina Officia celebrare, necnon Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum administrare, Fidelium defunctorum cadavera Ecclesiastica sepultura tradere, aliosque actus prohibitos, cum gravi Fidelium scandalo, publicoque auctoritatis Ecclesiasticae contemptu, exercere posse praesumunt.

Interdictum, cui Episcopus Lycien. a facultate potestatis ejectionis, Civitatem, & Dioecem suppositus, & quibusdam Ecclesiasticis censetur.

§.1. Hinc est, quod Nos Sacrorum Canonum praefatorum, & Concilii Tridentini dispositioni inherentes, ac generale Interdictum, cui praefatus Fabritius Episcopus Civitatem, & Dioecem supra dictas, sicut praemittitur, subjecit, pro valido, & iusto habentes, illudque ad majorem cautelam, ac quatenus opus sit, approbantes, & confirmantes, eique Civitatem, & Dioecem praefatas de novo subjicientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, tam Saeulares, cuiuscumque tandem gradus, praeminentia, ac dignitatis fuerint, quam cuiuscumque Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis etiam Jesu, Regulares, ad exactam ejusdem Interdicti observantiam omnino teneri, & obligatas existere, ac fore, ita ut in quibusvis Ecclesiis, Locis Pii, Oratoriis etiam privatis, ac Capellis domesticis, etiam

Confirmatio Interdicti, & mandatum illud observandi cum declaratione censurarum, & comminatione alicuius poenarum.

in

in Fortalitiis Regii Civitatis, & Dioecesis praedictarum existentibus, quocumque privilegio, exemptione, & indulto, etiam praetensa protectionis Regiae, seu praetensi Jurisdictionis Regii, tamen pluries, ac quantiscumque vicibus ab hac Sancta Sede approbati, fuisset, nec Missae, nec alia Divina Officia celebrari, neque Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum praedictum administrari, minusque Fidelium defunctorum cadavera sepeliri, aliave tempore Interdicti prohibita exerceri, nisi temporibus, casibus, & modis per supra dictos Sacros Canones permittis, ullo modo valeant, tenore praesentium statuimus, decernimus, & ordinamus: Adeoque privilegia, exemptiones, indulta, protectiones, & jurisdictiones huiusmodi, etiam si ceteroqui de jure subsisterent, nemini ad effectum se eximendi ab observantia praefati generalis Interdicti ullatenus suffragari posse, harum serie declaramus.

§.2. Praeterea omnes, & singulos, quantumvis exemptos, & quovis modo privilegiatos, qui statuto, decreto, & ordinationi nostris huiusmodi, sub quovis quaesito colore, ratione, aut praetextu haecenus quomodolibet contravenierunt, seu contravenient in futurum, etiam si Capellanorum Regiorum honore, seu alio quovis titulo, munere, aut dignitate praefulgeant, eo ipso, & absque alia declaratione in censuras, & poenas Ecclesiasticas per praefatos Sacros Canones, & Constitutiones Apostolicas desuper inflictas, & impositas incidisse, illisque innodatos fuisse, & esse, ac fore, nec ab eis a quoquam, nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (praeterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidencia in eadem censuras, & poenas eo ipso, quo convaluerint) absolvi & liberari posse, earumdem tenore praesentium similiter statuimus, & declaramus.

§.3. Facultatem insuper contra Transgressores Ecclesiasticos, si quidem Saeulares fuerint, ad Beneficiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum privationis, aliaque in posterum obtinendi inhabilitationis; si vero Regulares, ad Officiorum quorumcumque, ac vocis activa, & passiva privationis, aliaque poenas Canonicas procedendi, Nobis, & Apostolicae Sedi specialiter, & expresse reservantes.

§.4. Ac decernentes pariter easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod praefati, & alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cuiuscumque status, gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causeque, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adducte, verificate, & iustificatae non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuaque expressionem requirente defectu notari, impugnari,

Clausula.

infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessis, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussis observari: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Rom. Eccl. praedictae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, aliove quolibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de Jure quaesito non tollendo, aliaque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Institutum, & Societatum etiam Jesu, ac quorumvis, Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, & locorum piorum aliove quibusvis, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac Monasteriis, Conventibus, Ecclesiis, & locis piis praedictis, illorumque respective Superioribus, & personis quibuslibet, in genere, vel in specie, praesertim quod Interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem, ac alias sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliaque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, seu ad quorumcumque personarum, etiam Imperiali, Regali, aliave mundana, vel Ecclesiastica dignitate fulgentium instantiam, aut eorum contemplatione, seu alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac pluries iteratis, quantiscumque vicibus confirmatis, innovatis, & approbatis.

§.6. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis



illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac plenissime, & amplissime derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIV. Decem. MDCCXI. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CLXIII.

Confirmatur concessio Collegii, & Ecclesiæ B. M. in Montibus de Urbe facta Presbyteris Congregationis Piorum Operariorum cum exemptione ab Ordinariis, & clargitione privilegiorum.

Const. ed. 1710, Jan. 9, P. 10 concessa fuit facultas excipiendi confessiones sine Ordinarii licentia. Et Ben. XIII Const. ed. 1726, Jun. 3 P. 2 interdicitur omnibus sibi assumere nomen Piorum Operariorum.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a dignitate Beatae Virg. Mariæ, cuius Ecclesiæ colitur, et promovetur debet.

Salvatoris nostri vices, licet immeriti gerentes, ea præcipue curare debemus in terris, quæ idem Dominus noster Iesus Christus curat in Cœlis. Cum itaque ipse magnum, & ineffabile redemptionis nostræ mysterium impleturus ex omni Creatura Mariam Virginem purissimam, atque Sanctissimam sibi Genitricem præelegerit, unaque cum uberrima fecunditate virginis florem illibatam perpetuo servaverit, & Spiritu Sancto eam obumbrante, tanta præfulserit in ea sanctorum pulchritudinis, & virtutum majestas, ut Sol, & Luna, totaque natura eam mirantes obstupuerint, ac Infernus quoque contremuerit; Ipsa quidem diu expectata Patribus tandem veniens gratiarum luminibus ornata Nos salutifera fecunditate sua liberavit a captivitate, & serpentis caput triumphali pede calcans, amicta Sole, Lunam habens sub pedibus, victrix duodecim corona Stellarum ab æterno Rege ejus Filio coronari, ac super Angelorum choros Regina Cæli, & Terræ constitui promeruit: dum tanta meritum insignia, quibus ipsa Virgo Dei Genitrix gloriosa sedibus illata sydereis, quasi Stella resplendet matutina, pie considerationis acie perscrutatur, dignum, quin potius reputamus debitum, ut sicuti Redemptor noster, & Deus ipsam Sacratissimam Virginem sublimavit in Cælis, honorari procuremus in terris, & in Ecclesiis suo nomine, & celebri miraculorum copia, ac splendore illustribus assiduo nostra nos pulsât sollicitudo, ut per Ministrantium vitæ integritatem, morumque puritatem, quantum in humanis viribus est, par ille sibi Religionis exhibeatur in mundo cultus, quia An-

gelis eorum Regiæ ministrantibus exhibetur in Cælo. Inter hujusmodi Ecclesias in Alma Urbe nostra existentes, illam clarescere conspicimus S. Mariæ in Montibus nuncupatam, in qua ejus Sacratissima Imago olim ex humili loco divinitus detecta venerabiliter aservatur, assidueque fidelium Religione, ac miraculorum copia effulget in dies, & sub cujus auspiciis felix illa alitur Juventus, quæ a Genitorum infidelitatis tenebris eruta, novo Orthodoxæ Fidei nostræ adolescit lumini. Nos igitur pervigil studium Venerabilis Fratris nostri Fulvii S. R. E. Cardinalis Astalli nuncupati moderni Ecclesiæ ejusdem B. Mariæ in Montibus, illiusque Domus Protectoris, qui laudabilem infra scriptorum Presbyterorum vigilantiam ad Ecclesiæ, Domusque præfatarum regimen conduxit, commendantes in Domino, ut cultus Ecclesiæ, & Juventus ipsa per piam proborum virorum instructionem, & efficaciam Christianæ pietatis, quod Presbyteri ipsi de se perhibent exemplum, Ecclesiæ, Religionisque cultui uberiores ad Divini Nominis ejusdem B. Mariæ Virginis gloriam, afferant fructus, ad ea libenter Apostolica potestatis estundimus plenitudinem, ad quæ nobis potissimum ex alto potestatem ipsam commissam fuisse arbitramur.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, alias, & postquam fel. rec. Paulus Papa III. Prædecessor noster ad Omnipotentis Dei, totiusque Curie cælestis laudem, & gloriam, & orthodoxæ fidei augmentum unam Domum, seu unum Hospitale ad Ecclesiam Sancti Joannis in Mercatello nuncupati regionis Campitelli de Urbe pro Hebræis, seu Judæis, qui divinitus inspirati tenebrosa Patrum suorum cæcitate abjecta ad veri luminis agnitionem se convertebant, & salutari Baptismatis lavacro abluti, deposita in eo immunda veteris perfidie lepra, æternæ renascebantur salutis, & in Domo, seu Hospitali hujusmodi pro illius bonis administrandis, admittendisque, & regendis Hebræis, seu Judæis pro tempore, & convertendis prædictis, unam Archiconfraternitatem Clericorum Sæcularium, quæ Archiconfraternitas per unum ex illius Confratribus Clericis per eos tantum de triennio in triennium eligendum, & Rectorem, seu etiam quolibet mense, Præpositum nuncupandum, ac duodecim Clericos, seu Presbyteros Sæculares exemplaris vitæ, & Religionis Zelatores, quos Rector, seu Præpositus prædictus pro tempore existens duxisset eligendos, regeretur, & gubernaretur: Cum hoc tamen, quod de numero eorumdem Clericorum, seu Presbyterorum Confratrum hujusmodi nullus Prælatatus, seu alicujus Ordinis Professor existeret, ipsique Rectori, seu Præposito prædicto pro tempore existenti omnimodam, & plenariam obedientiam, & reverentiam uti eorum Superiori præstare, illumque in cura, & administratione Domus, seu Hospitalis hujusmodi coadjuvare, ac duodecim Clerici, seu Presbyteri, ut præfertur, eligendi prædicti, ut circa præmissa liberius attendere possent; nulli alteri Confraternitati, seu Societati aggregari, seu ad illam admitti valeret, ipsique, ac Præpositus prædictus, per Confratres prædictos Clericos tantum, de triennio in triennium ex eorum gremio, ut præfertur eligendum, eorumque Officium per triennium, & non ultra dura-

Præcipua Ecclesia B. V. in Urbe recensetur illa in Montibus, apud quam degunt juvenes Neophyti sub protectione Cardinalis Astalli.

Refertur, a Paulo III. erectum fuisse pro Judæis convertendis Hospitale S. Joannis in Mercatello, cujus Archiconfraternitate Clericorum Sæcularium sub certis Regulis & subjectione Card. Protectoris.

Narratur eregio Collegii pro institutione adolescentium Neophytorum a Gregorio XIII facta cum concessione quorundam Privilegiorum, & deputatione, etiam Card. Protectorum.

re respective, perpetuo exererat, & instituerat: Ac insuper ut ipsi Confratres, illorumque Rectores, Administratores, Gubernatores, Economi, aliaque Personæ ab indebitis molestiis releverentur, unum ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quem ipsi duxissent ad id eligendum, in eorum Protectorem, & Judicem, cui, & nulli alii subjecti essent, & constituerat, & deputaverat: Et deinde ejusdem record. Gregorius Papa XIII. etiam Prædecessor noster provide Fidei Christianæ propagationi, & incremento incumbens, ac æternæ salutis, piæque eruditioni illorum Puerorum, & Adolescentium, qui ex Judæorum, Turcarum, & Maurorum, aliorumque Mahometanorum genere procreati ad Jesu Christi fidem pro tempore convertebantur, paterne prospicere, & providere volens, ut ex eis prodirent Operarii ad Evangelii opus idonei, qui in ipsa Urbe, aliisque Italia locis, atque adeo in universis Terrarum Orbis partibus, in quibus Judæi, aliique Infideles degunt, Christianæ Fidei mysteria, etiam propria illorum lingua, sive Hebræa, sive Arabica, explicare, docere, & prædicare possent, & valerent; ad ejusdem Omnipotentis Dei gloriam, Sanctæque Fidei nostræ exaltationem in eadem Urbe, & in loco ejusdem Urbis ad id tunc eligendo unum Collegium Ecclesiasticum Adolescentium Neophytorum nuncupandum, quod pro duabus ex his, qui a Judaismo, pro reliqua vero tertia partibus ex illis, qui a Mahometismo recedentes, sive Turcæ, sive Mauri, sive aliter infidelis Nationis Christianam fidem recens amplexi forent, vel saltem eis non existentibus, ipsis ex parentibus Neophytis procreati fuissent constaret, etiam perpetuo exererat, & instituerat, volueratque, quod idem Collegium, illiusque Rectores, Economi, Magistri, Præceptores, atque Scholares in eo pro tempore existentes, & eorum Domestici Officiales, & Ministri similiter pro tempore existentes, ditique Collegii, ac illorum bona mobilia, & immobilia cujuscumque qualitatibus, & quantitatibus in prædicta Urbe, & extra illam, ac alias ubilibet locorum consentientia ab omni Jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate pro tempore existentis Senatoris, Conservatorum, Reformatorem dictæ Urbis, necnon Rectoris Studii Generalis, Vicarii Urbis, & cujusvis Ordinarii Locorum, & aliorum quorumcumque Judicum, & Officialium in ipsa Urbe, vel alias ubilibet locorum, constitutorum exempta forent, ac Collegio, illiusque Scholaribus, Rectoribus, & Economicis prædictis, ut quibuscumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & Indultis, quibus Studium generale dictæ Urbis, illiusque Rector, & Doctores in eo, etiam actu legentes quovis modo utebantur, potiebantur, & gaudebant, etiam uti, potiri, & gaudere potuissent quomodolibet in futurum ad eorum instar, & pari modo uti, frui, potiri, & gaudere valerent in omnibus, & per omnia, concesserat, & indulserat, illaque eis communicaverat. Ac propterea Rectoribus, ac Superioribus dicti Collegii cum assententia tamen eorumdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ejusdem Collegii Protectorum, qui pro tempore fuissent, seu alicujus eorum, vel de ipsorum consilio, & expresse consensu illos, quos in dicto

Collegio, & alibi per debitum tempus studuisse, ac literarum scientia, & moribus idoneos esse reperiissent ad Baccalaureatus, Licentiaturs, Doctoratusque, & Magisterii gradus, servata forma Concilii Viennensis juxta Universitatis ejusdem Urbis consuetudinem, seu alias promovendi, & ipsorum graduum solita insignia eis exhibendi, quodque sic promoti facultates, in quibus studuissent, legere, & interpretari, ac de eis disputare, ac quoscumque gradus, seu gradibus hujusmodi convenientes actus exercere, ac omnibus, & singulis gratis, favoribus, prærogativis, & indultis, quibus alii in prædicta dictæ Urbis, seu aliis Universitatibus, & alibi juxta illius, & aliarum Universitatum hujusmodi Constitutiones, & mores ad gradus prædictos promoti de jure, vel consuetudine utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere possent, & deberent; perinde ac si gradus prædictos in ipsa ejusdem Urbis Universitate, juxta Consuetudines, & mores prædictos, suscepissent, concedendi, & indulgendi liberam Apostolica auctoritate dederat facultatem, & potestatem. Ac propterea, ut ipsius Collegii conservationi, bonorumque regimini, tam in his, quæ ad institutionem, & disciplinam, quam quæ ad victum, vestitum, aliaque hujusmodi necessaria pertinebant, opportunitus consuleretur, tres ex ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ejusdem Collegii Protectores constituerat, & deputaverat, quorum consilio, & ope omnia, & singula præmissa, & alia quæcumque ad eisdem in Collegio admittendos Scholares, retinendosque admissos spectantia agerentur, statuerentur, & ordinarentur, tribuens eisdem, & pro tempore existentibus Protectoribus hujusmodi plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem pro salubri directione, & conservatione dicti Collegii, illiusque bonorum, & rerum, ac jurium tam temporalium, quam spiritualium (Economos, Advocatos, Procuratores, aliosque Ministros, & Officiales in eo deputandi, amovendique, & eorum loco alios subrogandi, Ordinationesque, & Statuta licita tamen, & honesta, Sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adversantia faciendi, & edendi, eaque, cum visum foret revocandi, immutandi, corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ postquam facta, edita, revocata, immutata, & correctæ fuissent, perinde haberi voluit, ac si auctoritate Apostolica approbata, & confirmata fuissent, illaque ab omnibus Rectoribus, Magistris, Scholaribus, aliisque Personis in Collegio prædicto pro tempore servientibus, & ministrantibus inviolabiliter observari, ac juxta eorumdem Statutorum dispositionem a quibusvis Judicibus, sublata eis quavis alia aliter judicandi facultate, judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum decreverat, & inane.

§.3. Ac subinde anno Domini 1580. propter varia miracula, & signa, quæ, ut pie credebatur, miserator, & misericors Dominus tunc operari, & edere dignabatur meritis Beatissimæ Mariæ Virginis Cœli Reginæ, Matris Misericordie, perpetuæ humani generis Adjutricis, & apud ipsum Deum pro devoto Populo Advocatæ

Archiconfraternitati prædictæ ab eodem Greg. concessa fuisse inago B. M. V. intra limites Parochiæ SS. Sergii, & Bacchi



si que facta collationes, et conditione tamen constructi Capellam in eo loco.

ta apud illius Imaginem tunc proxime detectam in parietina unius Foenilis intra limites Parochialis Ecclesie Sanctorum Sergii, & Bacchi Regionis Montium de eadem Urbe, quamplures infirmi diversis languoribus gravati, & alie miserabiles Personae, atque adeo Christianissimum multitudinem devotionis causa, & impetrandi ipsius Beatae Mariae Virginis intercessione spiritualium gratiarum munera, ad ipsam Imaginem certatim confluentes, plures elemosynas, & oblationes quotidie conferebant, idem Gregorius Praedecessor tantae devotionis fervore commendato, illorum spirituali consolationi consulere, ac simul pia elemosynarum, & oblationum ipsarum dispensationi pie providere volens, Imaginem praedictam, nec non omnia, & singula elemosynas, oblationes, redditus, proventus, res, bona, & legata apud eam, & pro ea catenus tunc donata, legata, relicta, & facta, ac in posterum donanda, leganda, relinquenda, & facienda, eidem Archiconfraternitati perpetuo donaverat, concesserat, & elargitus fuerat, ita quod liceret boni mem: Guillelmo tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna, tunc dum existeret, praedictae Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Sirlito nuncupato, ac etiam, tunc dum existeret ejusdem Archiconfraternitatis Protectori, nec non ejusdem Archiconfraternitatis tunc existentibus Administratoribus in loco Imaginis hujusmodi unam Capellam construere, ac postquam illa constructa, & consecrata fuisset in ea Missas, & divina Officia per Presbyterum, seu Presbyteros idoneum, seu idoneos, ac eorum nutum ponendum, & amovendum, seu ponendos, & amovendos, a Vicario tamen dictae Urbis pro tempore existente approbandum, seu approbandos celebrari, & alias illi in divinis deserviri facere, ipsamque Capellam, & ejus res, & bona per se, vel alios ab eis pro tempore deputatos regere, & gubernare, illorumque fructus, redditus, & proventus, nec non divicias elemosynas, & oblationes percipere, exigere, & levare, ac in Capella, & Archiconfraternitatis hujusmodi, alioque pios usus eis beneficos convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita; statuens Capellam ipsam, postquam illa erecta fuisset, ut praefertur, nullo unquam tempore in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici erigi, aut tanquam Beneficium Ecclesiasticum, vel alias a Sede Apostolica, vel illius Legatis, aut quibusvis aliis per quoscunque impetrari, neque ejus elemosynas, oblationes, legata, res, & bona per alios, quam Protectores, Administratores, & Deputatos praefatos regi, gubernari, & administrari posse, & quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigisset attentari, irritum quoque decreverat, & inane, & alias prout in eorundem Pauli, & Gregorii Praedecessorum literis Apostolicis, cuique respective exemptis, plenius continetur. Recondenda memoriae Urbano Papa VIII. similiter Praedecessori nostro pro parte boni mem: Antonii tituli Sancti Honuphrii, tunc dum viveret, ejusdem S. R. E. Presbyteri Cardinalis Barberini nuncupati, ac Domus, seu Hospitalis, nec non Collegii praefatorum, & Ecclesiae Beatae Mariae nuncupatae apud eundem Urbanum Praedecessorem, & Sedem Apostolicam Protectoris tunc existentis exposito, quod

Praed. Hospitalis, & Collegium ab Urbano VIII. erecta fuisse ad vicinas domos Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus ob plures causas effectum postea comprobatae.

ipse Antonius Cardinalis, & tunc existentes Praelatus, & Deputati Congregationis ad gubernium Domus, seu Hospitalis, ac Collegii, & Ecclesiae Beatae Mariae praefatorum canonice instituta per eundem Antonium Cardinalem, & Protectorem electi, tunc provide considerantes, quod pro majori ipsius Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus, cujus bona, & redditus per Praelatum, & Deputatos hujusmodi pro tempore existentes, ex concessione Apostolica regi, & administrari, atque in ejusdem Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus, nec non Domus, seu Hospitalis, & Collegii praefatorum usus, & necessitates, Ministrorum quoque necessarium manutentionem converti consueverunt, decore, & ornamento Divini cultus in eadem Ecclesia Beatae Mariae in Montibus augmento, ac Domus, seu Hospitalis, & Collegii praefatorum faciliore commo-ditati, & prosperiori gubernio, regimine, & administratione, ac directione expediri foret, Collegium, quod tunc in Sancti Eustachii, ac Domus, seu Hospitalis hujusmodi, quae, seu quod etiam tunc in praefata Campitelli regione praedictae Urbis respective, atque a praefata Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus non parum distantia sita erant, ad unum locum eidem Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus contiguum, seu vicinum transferre; nam mediante translatione hujusmodi, expensis in diversorum Ministrorum pro illorum ad invicem, ut praefertur, separatorum gubernio, necessarium manutentione fieri solitis opportune consultum foret, ac eidem Ecclesiae praefatae Beatae Mariae in Montibus festis diebus per ejusdem Collegii Alumnos Divinis Officiis in Choro praefatae Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus personaliter assistentes erecta, non mediocri ipsius Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus decore, Divinique cultus incremento, ac spirituali Christianissimum ad illam devotionis causa passim confluentium consolatione deserviretur, idem Urbanus Praedecessor praemissis, & aliis rationabilibus causis adductus, motu simili, & ex sua mera liberalitate domum, seu Hospitalis, ac Collegium hujusmodi ad alias praefatae Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus hujusmodi vicinas domos cum omnibus, & singulis eorum respective bonis, redditibus, juribus, rebus, & pertinentiis, ac quibuscumque privilegiis, indulgentiis, exemptionibus, Indulgentiis, & aliis gratiis spiritualibus, & temporalibus eis per quoscunque Romanos Pontifices Praedecessores suos quomodolibet concessis, ac quibus illa de jure, usu, Privilegio, consuetudine, aut alias quomodolibet tunc utebantur, fruebantur, potiebantur, & gaudebant, Collegium videlicet ad aedes praefatae Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus hujusmodi ad effectum praemissum tunc acquirendas, postquam tamen illa ad debitam Collegii formam redacta fuissent, ac Domum, seu Hospitalis hujusmodi ad alias ad id aptas, seu quatenus opus esset, opportune aptandas, distaque Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus hujusmodi vicinas aedes Apostolica auctoritate transfulerit, & alias, prout in ejusdem Urbani Praedecessoris Literis Apostolicis desuper expeditis etiam plenius continetur, & Domus, seu Hospitalis, ac Collegium praedicta per translationem hujusmodi, ut praefertur, factam suam usque nunc senserint, & sentiant utilitatem, ac

ac feliciter dirigantur, & salubrius gubernentur, nec non praedicta Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus, quae in suis annuis redditibus sacra suppellestili satis congrue ditata reperitur, cuique in Divinis per unum Presbyterum Rectorem, & nonnullos alios Presbyteros Capellanos respective nuncupatos, alioque Ministros Ecclesiasticos a pro tempore existentibus unius ex praedicta Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Domus, seu Hospitalis, ac Collegii hujusmodi, distaque Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus apud Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Sedem eandem Protectoris, ac alias juxta praedictarum ejusdem Gregorii Praedecessoris literarum formam amovibiles haecenus deserviri consuevit, divinus in ea cultus per musicam, Divinorum Officiorum decantationem, ac personalem Alumnorum praedictorum in Choro diebus praedictis assistentiam suam usque nunc obtineat, & obtineat decus. Nihilominus cupientes Nos, qui sub clementissimis ejusdem Beatae Mariae Virginis Adjutricis nostrae auspiciis onerosas Pastoralis, quo fungimur Officii nostri curas suscepimus, Religionem, quam semper erga ipsam Dei Genitricem animo inclusam gerimus, externo quoque testimonio aperire, ac in Alumnis ipsis illam inseri per piam morum educationem, fidem, per quam dulciores, ac uberiores proveniant aeternitati fructus.

§.4. Quapropter pervigili Fulvii Cardinalis praedicti sollicitudo nostris inhaerens desideriis nobis nuper exponi fecit, quod ipse provide considerans, quod Congregatio dilectorum filiorum Presbyterorum Saecularium in communi viventium Piorum Operatorum nuncupatorum in Urbe praedicta introducta, juxta illorum laudabile institutum ea, qua decet sedulitate in Vineae Domini laborans, non solum per Urbem praedictam, verum etiam per vicina quoque eidem Urbi loca Divini luminis lucem effundit, ac Oratori, & ministerio verbi se instanter exhibens, illos adest dignos aeternae salutis fructus, qui ad Divini Nominis gloriam, & Ecclesiarum cultum propagandum uberis dignoscuntur; nonnullos ex Congregatione praefata Presbyteros ad dictam Ecclesiam praedictae Beatae Mariae in Montibus in Divinis inserviendum, nec non Collegii praedicti Alumnos regendos, illorumque mores pie erudiendos introduxerit, & postquam usu compererat quantum Divinus Cultus in praedicta Ecclesia Beatae Mariae in Montibus, quantumque Collegium praedictum in illius Alumnorum morum educatione intra exiguum temporis spatium sumperit augmentum, in majoritate temporis majorum circa praemissa essulgentem securitate bonorum praedictae Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegii hujusmodi quoad ejusdem Collegii Alumnorum morum correctionem, & directionem, illorumque adum, ac Sacrificii utensilium, mobilium, ac sacrarum supellestiliam usus eidem Congregationi, illiusque Praeposito Generali, & Presbyteris sub infra scriptis conditionibus primo videlicet.

§.5. Quod dictus Fulvius Cardinalis, & Protector eidem Congregationi, illiusque Presbyteris apud dictam Ecclesiam ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & in Collegio praedicto, ut praefertur, illorumque adibus residentibus, &

A Card. Fulvio Protectori introducti fuerit Praebyteri Pii Operatorum ad Collegium, & Ecclesiam B. M. in Montibus, bonorumque usus, ipse concessus sub conditionibus infra scriptis.

Ut possint construere, & ampliare Collegium, & Ecclesiam praeviam licentia Protectoris.

commorantibus plenam, & liberam facultatem propriis Congregationis, ac Presbyterorum, praedictorum sumptibus, praedictam Ecclesiam ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegium hujusmodi aedificandi, ornandi, illaque ampliandi concedere, cum hoc tamen, quod Congregatio, ac Presbyteri praedicti, antequam aedificatio, ornatus, & ampliatio per eos fiat, aedificationis, ornatus, & ampliatio per eos faciendorum hujusmodi, formam Protectori nunc, & pro tempore existenti praebere, illumque desuper informare, & ab eo licentiam desuper in scriptis reportare debeant, & teneantur.

§.6. Secundo, quod Congregatio illiusque Presbyteris praedictis ab Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegio praedictis discedentibus, illaque deferentibus, quidquid a Congregatione, & Presbyteris praedictis pro aedificatione, ornatu, & ampliatio praedictis ab eis usque tunc pro tempore factis impensum fuerit, Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegio praedictis libere cedere debeant, & teneantur.

§.7. Tertio, quod post concessionem, & dationem infra scriptas omnes, & singulae expensae, quae tam veterum aedificiorum Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegii praedictorum, quam de novo a Congregatione, & Presbyteris praedictis in posterum, ut praefertur, faciendorum (non tamen refarctionum Collegii praedicti aedificiorum nunc existentium, ac omnium, & singularum viarum silicibus structurarum, & struendarum, tam ad Ecclesiam ejusdem Beatae Mariae in Montibus, quam ad Collegium praedictum spectantium manutentioni, refarctione pro tempore necessaria fuerint) ad Congregationem, illiusque Presbyteros spectent, & pertineant.

§.8. Quarto, quod Congregatio, illiusque Presbyteri praedicti in administratione omnium, & singulorum bonorum temporalium ad dictam Ecclesiam Beatae Mariae in Montibus, & Collegium praedictum nunc, & pro tempore quomodolibet spectantium, nullo unquam tempore se introrittere, seu introritti pretendere possint, sed administratio praedicta ad nunc, & pro tempore existentem Ecclesiam ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegii praedictorum Protectorem pleno jure, ac juxta literarum Apostolicarum desuper editarum dispositionem spectet, & pertineat.

§.9. Quinto, quod Congregatio, illiusque Presbyteri praedicti inibi semper, & quando-cunque saltem sex ejusdem Congregationis Presbyteros, qui Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus juxta illius laudabilem consuetudinem in Divinis deservire, & in ea Sacramentales Christianissimum Confessiones audire, verbum Dei enunciare, necnon Collegio praedictis, illiusque Collegialium, & Alumnorum directioni incumbere debeant, manutene similitur debeant, & teneantur.

§.10. Sexto, quod Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegium praedicta pro congrua eorumdem Presbyterorum Congregationi, illiusque Presbyteris praedictis quidquid pro manutentione omnium, & singulorum, Presbyterorum, Sacrificii, Confessariorum, Rectoris, Praefecti Collegii praedicti, aliorum-

In casu discessus Presbyterorum impensa cedant Ecclesiae, & Collegio.

Expensa aedificiorum spectare debent ad dd. Presbyteros, exceptis refarctionibus.

Administratio bonorum temporalium referretur Eminentiissimo Protectori.

Numerus saltem sex Presbyterorum pro servicio Ecclesiae, & Collegii existat.

Eadem obligatio praestari congruam sustentationem dd. Presbyteris, sicut antea servetur.



que Ministrorum Ecclesiasticorum Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus, & Collegii predictorum servitiis antea incumbentium annuatim prestabat, annuatim prestare: ita tamen, quod per viam computi diligenter perpenso ad quidquid mantentio predicta annuatim ascendebat, id totum etiam annuatim de mense in mensem, pro rata illius parte, eidem Congregationi, illiusque Presbyteris pro supportandis perpetuo omnibus, & singulis oneribus predictis nunc, & pro tempore existens Protector predictus persolveri facere respective debeat, & teneatur.

Assignentur redditus pro mantentione Alumnorum, Musicorum, & Ministrorum Ecclesie, ac supportatione aliorum onerum.

§.11. Septimo, quod idem servandum sit tam in Alumnorum predictorum in dicto Collegio pro tempore degentium, quam Musicorum, aliorumque Ministrorum eidem Ecclesie predicta Beate Marie Virginis in Montibus infervientium salariis, necnon Sacrificii, ac cujuscumque alterius oneris ipsius Ecclesie Beate Marie in Montibus hujusmodi cultum, servitiumque concernentium supportatione, nempe, quod factio prius computo omnium, & singularum expensarum, que de uno ad alterum annum, annuis mantentioni Alumnorum etiam quoad illorum victum, vestitum, ac utensilium, & mobilium usum, Musicorum salario, Sacrificii, aliorumque dictorum onerum supportationi predictis necessaria fuerint, id totum, ad quod omnes, & singule expense predicta annuatim ascendere comperte fuerint, & ad summam hujusmodi rationem tantum, Congregationi, illiusque Presbyteris predictis, absque eo quod ipsi aliquid ultra ullo unquam tempore pro premissis omnibus, & singulis supportandis pretendere possint, quin sub expressa eorum obligatione de premissis omnibus, & singulis oneribus predictis perpetuo, exacteque supportandis, similiter, & ut prefertur, earundem expensarum rata pars de mense in mensem annuatim persolveri debeat.

Admissio, & dimissio Alumnorum, ac electio Magistri Munitice spectet ad Protectorem.

§.12. Octavo, quod Alumnorum admissio ad Collegium, illorumque stabilimentum juxta Apostolicarum Constitutionum desuper editarum tenorem, & formam, & eorumdem Alumnorum dimissio, necnon Musicae Magistri electio, illiusque amotio ad modernum, & pro tempore existentem Protectorem predictum libere spectet, & pertineat.

Ad quem etiam jus visitandi, & corrigendi pertineat, ut supra.

§.13. Nono, quod Cardinalis modernus, & pro tempore existens Protector predictus omnimodam auctoritatem, ac plenam, & liberam facultatem Ecclesiam ejusdem Beate Marie in Montibus, necnon Collegium predicta, & Alumnos in Collegio hujusmodi existentes visitandi, & Alumnos predictos corrigendi, prout ejusdem Fulvii Cardinalis, ac Protectoris Prædecessores in vim Constitutionum predictarum obtinuerunt, obtineat.

Deputatio Protectoris ex Congregatione dicti Presbyterorum fieri debeat, & Protector illum amovere possit.

§.14. Decimo, quod futurus, & pro tempore existens Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus, & Collegii predictorum Rector unus ex ejusdem Congregationis Presbyteris ab ejusdem Congregationis legitimis Superioribus hujusmodi regimini deputandus esse debeat, & qui videlicet, ut prefertur, deputatus fuerit, & antequam in hujusmodi regimine se immisceat, coram Cardinale tunc, & pro tempore existente Protectore predicto se presentare debeat; & si postquam Presbyter Rector, ut prefertur, deputatus hujusmodi regimen susceperit, per Car-

dinalem, ac nunc, & pro tempore existentem Protectorem predictum, ut minus idoneus ad regimen hujusmodi exequendum compertus fuerit, Cardinalis, ac nunc, & pro tempore existens Protector predictus illum prævio nuncio per epistolam Superioribus predictis, qui alterum ex ejusdem Congregationis Presbyteris predictis magis idoneum subrogare omnino debeant, amoveri facere libere, & licite possit, & valeat.

Idem Sacrificia, & Concionator, alique deputentur a Superioribus Congregationis, fiat tamen subiecti Protectori, a quo amoveri possint.

§.15. Undecimo, quod futurorum, ac pro tempore existentium Rectoris predicti, ac Presbyterorum ejusdem Congregationis Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus, ac Collegii predictorum regimini, Sacrificii, & concionibus tempore quadragesimali pro tempore existentium deputatio ad ejusdem Congregationis Superiores predictos, cum hoc tamen, quod Rector, ac Presbyteri predicti ad regimen, & omnia predicta exequenda, ut prefertur, deputandi in his, que eorum regimen, & munia ejusmodi respiciunt, omnimoda jurisdictioni, & superioritati Cardinalis nunc, & pro tempore existentis Protectoris predicti subiecti sint, & esse debeant, & si Cardinalis nunc, & pro tempore existens Protector predictus, quos, seu quem ex Presbyteris, ut prefertur, deputatis predictis, ut minus idoneum, seu idoneos ad regimen, & omnia hujusmodi, aut illorum aliquid exequenda compererit, illum, seu illos a Superioribus predictis, prævio nuncio predicto, amoveri, alioque, seu alium in eorum, seu ejus locum subrogari facere possit, & valeat, spectet, & pertineat: & insuper antequam ille ex Presbyteris predictis, qui ad munus Concionatoris in Ecclesia ejusdem Beate Marie in Montibus tempore quadragesimali predicto explendum deputatus fuerit, munus hujusmodi explere incipiat, benedictionem a Cardinali nunc, & pro tempore existente Protectore predicto sumere debeat, & teneatur: & quia Presbyteri Congregationis predicta in multis locorum Ordinaris, Presbyteri vero, qui servitiis Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus, & Collegii predictorum, pro tempore usque nunc insisterunt, omnimoda superioritati Cardinalis Protectoris nunc, & pro tempore existentis predicti respective subiecti esse dignoscuntur, & consueverunt, quod in posterum ejusdem Congregationis Presbyteri deputati predicti ejusdem Cardinalis nunc, & pro tempore existentis Protectoris predicti superioritati, prout Presbyteri Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus, & Collegii predictorum servitiis insistentes de cætero esse debeant, & censeantur.

Fieri debeat Inventarium, ac estimari omnia suppellectilia pretiosa & mobilia Ecclesie, & Collegii, antequam eas assignentur dicti Presbyteris.

§.16. Duodecimo, quod omnium, & singularum sacrorum suppellectilium, argenteorum, aliorumque pretiosorum, que in Ecclesia ejusdem Beate Marie in Montibus, illiusque Sacrificii, necnon omnium, & singularum mobilium, & utensilium, que in Collegio predicto respective reperiuntur, Inventarium fieri, illaque prævia illorum estimatione per Peritum, de communi Congregationis, illiusque Presbyterorum, ac Fulvii Cardinalis, & Protectoris predictorum consensu facienda, Congregationi, illiusque Presbyteris predictis assignari, ac Congregatio, illiusque Presbyteri de omnibus, & singulis suppellectilibus, rebus argenteis, pretiosisque, necnon utensilibus, ac mobilibus quietare,

tare, illaque, pro quorum existentia, & sufficienti probatione, estimatio, ac Inventarium predicta fient, mantentere, & quoties ad id requisiti fuerint, etiam per viam subrogationis illorum, que consumpta fuerint, exhibere debeant, & teneantur.

Modus solutionis faciendæ pro mantentione Ministrorum is sit, qui ante fuit.

§.17. Tertio decimo, quod totum id, quod Congregationi, illiusque Presbyteris predictis pro Alumnorum Ecclesie, illiusque Sacrificii predictorum mantentione annuatim, ac mensuatim, ut prefertur, persolveri conventum fuit, id totum eo modo Congregationi, illiusque Presbyteris predictis, quo Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus, & Collegii predictorum Economo, Sacrificii, Prefecto, Rectori, Capellanis, ac Musicis usque nunc persolutum fuit, persolveri debeat, nempe id quod mensuatim in numerata pecunia Economo, Sacrificii, Prefecto, Rectori, Capellanis, ac Musicis predictis persolveri consueverat, Congregationi, ejusque Presbyteris predictis mensuatim in eadem pecunia, reliquum vero juxta commodum, per quod annuatim persolveri consuevit, persolveri debeat.

Satisfactio celebratio Missarum eventuarum spectet ad Presbyteros, uti & elemosinæ.

§.18. Quarto decimo, quod Congregationi, illiusque Presbyteris predictis elemosynas, quas Christianis ad predictam Ecclesiam, ejusdem Beate Marie in Montibus devotionis causa confluentium voluntas pro celebrandis inibi Missis de die in diem elargitur, quolibet mense inquirendi, dictasque Missas eventivas nuncupatas celebrandi, seu celebrari faciendi onus incumbat, & attento, quod in predicta Ecclesia ejusdem Beate Marie in Montibus inter Missarum celebrationes questuari, questusque hujusmodi in usus, & utilitatem Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus, & Collegii predictorum converti consueverunt, hinc questus predicti, qui considerato per viam calculi eorum valore ad rationem scutorum trium moneta etiam quolibet mense ascendere solent, Congregationi, illiusque Presbyteris predictis, cum hoc tamen, quod ex qualibet ex mensuris præstationibus in pecunia numerata Congregationi, illiusque Presbyteris, ut prefertur, faciendis predicta scuta tria ratione questuum predictorum detrahi debeant, libere cedant.

Hereditates, & legata ad eos pertinentia, in quorum beneficio erogata fuerint.

§.19. Decimo quinto, quod omnia, & singula pia legata, aut relicta, ac hereditates facta, & collata, aut facienda, vel conferenda Presbyteris predicta Congregationis prefate Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus, aut in ea commorantibus, ad effectum illorum institutum exercendi, aut missiones explendi, aut eos, qui ad exercitia spiritualia apud eisdem Presbyteros exequenda se conferant, recipiendi, aut se alendi, aut fabricandi, aut possidendi alique se recreandi causa locum, ad Congregationem, illiusque Presbyteros prefatos spectent, & pertineant, & cum hoc tamen, quod si Congregatio, illiusque Presbyteri predicti legata, relicta, & hereditates predicta a Congregatione, illiusque Presbyteris predictis in ampliandis Collegii edificis, ac Ecclesie ejusdem Beate Marie in Montibus ædibus erogata fuerint, in eorumdem Presbyterorum ab illis receptu Collegio, ac ejusdem Beate Marie in Montibus Ecclesie predictis libere remaneant. Quo vero ad pia legata, relicta, & hereditates Collegio, ac ejusdem Beate Marie in Montibus

Ecclesie, illiusque Sacrificii predictis facta, & facienda, aut collata, vel conferenda, ad Collegium ejusdem Beate Marie in Montibus, Ecclesiam, illiusque Sacrificiam predictas spectent, & pertineant, ea tamen declaratione adjecta, quod omnia, & singula relicta, & hereditates usque nunc facta, & collata, etiam si nondum devoluta, nec purificata, sed in posterum devolvenda, & purificanda, ad Collegium, & Ecclesiam ejusdem Beate Marie in Montibus predicta similiter semper spectent, & pertineant. Ac denique quoad relicta, que eidem Presbyteris piis operariis in genere in Collegio, & ejusdem Beate Marie in Montibus Ecclesia predictis commorantibus in posterum fieri contigerit, ad illos spectare, & pertinere debebunt, ad quos, ut infra, spectare, & pertinere declarabitur.

Congregatio Presbyterorum obliget se ad observantiam prædictorum prout in Instrumento 31 Oct. cum reservatione beneplaciti Ap.

§.20. Decimo sexto, ac demum, quod Congregatio, illiusque universi Presbyteri prefati ad præmissorum omnium, & singularum omnium statutorum observationem, & implementum, nec non perpetuam suppellectilium, argenteorum, utensilium, ac mobilium predictorum conservationem solemniter, & expresse se obligare debeant, & teneantur, & alias, prout in Instrumento publico desuper inter Fulvium Cardinalem, & Protectorem, ac dilectum etiam filium Dominicum de Longobardis Presbyterum dicta Congregationis, ejusdemque Congregationis Procuratorem Generalem stipulato, & per acta dilecti etiam filii Francisci Nicolai Orsini Curie Capitoli Notarii sub die 31. Octobris proxime elapsi rogato, plenius continetur, sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito perpetuo concesserit, & assignaverit.

Causa confirmationis predicta Concessionis dicti Presbyteri facta.

§.21. Nos, qui ad ea, per que Congregationum, aliorumque piorum locorum quomodolibet præsertim in Urbe nostra predicta studio piorum operum vacantium prosperiori statui cum Divini cultus augmento, ac speciali fidelium, consolationi facta dignoscuntur, ut in eorum firmitate, perpetuaque persistant tranquillitate, nostras Apostolicæ potestatis manus extendimus adjuvantes: Proptereaque, sicut ex fide dignis relationibus intelleximus, concessio, & assignatio predicta non modicum cultui erga ipsam Beatissimam Virginem incrementi, ædificationique Alumnorum predictorum allatura sint utilitatibus, provide circa concessionem, assignationemque hujusmodi per dictum Fulvium Cardinalem, & Protectorem, ut prefertur, disposita, ejusque pium propositum, ac devotam vigilantiam laudantes in Domino, nec non ejusdem Congregationis Presbyteros, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad eorumdem Presbyterorum, seu alicujus alterius instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, & de Apostolicæ potestatis plenitudine concessionem, & assignationem hujusmodi, ac prout illas concernit, Instrumentum, desuper confectum predicta Apostolica auctoritate perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti,

Confirmatio relatæ concessionis, & Instrumenti, cum nova concessionis Ecclesie & Collegii.